



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

58. De duobus viatoribus, quorum alter alterum cruce se signantem  
contra vim potestatis, irridens, fulmine interijt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

**R**efertur in eodem Dialogo, iam tertium excuso (vt author in præfatione scribit) quod, cum Pharellus & Viretus primum Genevæ secretò concionarentur, & Catholicò ritu in solempni quodam festo virginis Deiparæ Processio cum SS. reliquiarum deportatione institueretur, matrona quædam primaria & Deiparam & sacerdotes irrisit, postmodum enixa sit puerum mortuum. Quo viso, aperte sinistram suam machinationem confessâ sit, nimirum se iam antea decreuisse, non permittere prolem suam à quoquam sacerdote baptizari, sicuti nec baptizata est.

*De duobus viatoribus, quorum alter alterum cruce se signantem contra vim tempestatis, irridens, fulmine interijt.*

## CAP. LVIII.

**S**ubiungitur & aliud in eodem Dialogo, memoratu dignum de duobus Genevæ Lausannam euntibus, cumque tempestas gravis ingrueret, cum tonitruo & fulgure arque alter illorum se signaculo S crucis antiquissimo Christianorum ritu muniret, alter cum irridens, sicine, inquit, vis muscas à naso tuo abigere? nam huiusmodi faciliis omnia sacra ludificantur: & ecce protinus denuo cælum intonat, idemque ille irrisor fulmine percussus emoritur, altero isto cruce signato incolumi manente, qui mox rem gestam per totam Gene-



Geneuam diuulgauit. Ad omnē progressum, inquit Tertullianus, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum, & calcetum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunq̄ue nos conuersatio exerceat, frontem crucis signaculo terimus.

*Ioan. Nauclerus in Chronicis generat. 50. memorabile exemplum de triginta Iudeis in diuiniſſ. Eucharistiis ſeuientibus, Circa annum D. 1492. grauiſſe punitis.*

## CAP. LIX.

**G**enus hominum, calamitosissimum Iudæi, nouissimè anno salutis 1492. die 22. mēsis Octob. in oppido Sternnbach, sub dominio Principum Magnopolensium, auxilio Petri Sacerdotis, Eleazar Iudæus & complices sui, Sacramentū Eucharistię diuinissimum per hostias maiorem & minorem obrinentes, has perforarunt, et cruo ilico proſiliit, quo linteum præcinctum ruborē accepit. Quo miraculo territi, ad Petrum id deferunt. Principes autem illustres Balthasar & Magnus fratres, re comperta, cum vestigia vulnerum, quæ remanserant cernerēt, Iudæos cremari fecerunt xxx. numero. Petrus verò prædictus sacerdos se illis vendidisse confessus est, & quomodo post puncturas Iudęi Sacramentum cruentum & panno inuolutum sibi restituerint, & quòd, suffoderit in terram, vbi eo indicante, inuentum est cruore conspersum, Sacerdos degradatus